

**Carmen votivum in  
nuptialem festivitatem.  
Clarissimi, prudentissimi  
ac spec...**

Bachmannus, Johannes Olai

*1 Ic 1653 Gartzius, Johannes Mattheus*



National Library  
of Sweden

53  
5

C A R M E N V O T I V U M

In Nuptialem Festivitatem

719 378 48  
*Clarissimi, Prudentissimi ac Spectatissimi Viri,*

DN. IOHANNIS MAT:  
GARTZIJ<sup>III</sup> ARBOGEN.

J. U. Doctoris, Regijq; Judicij, quod Aboæ Celeberrimum est, Secretarij, Solertissimi. Nec non in Jæsis & Europæ Legislatoris Præstantissimi;

S P O N S I.

*Nobilissima, piissima atq; Castissima VIRGINIS,*

CHRISTINÆ Ekenberg/  
de Arvoisbergh &c.

*Nobilissimi & Consultissimi VIRI*

DN. P E T R I E K E N B E R G /  
de Arvoisbergh &c. J. U. D. Eximij, Dicasterij Regij Aboensis Adfessoris Dexterrimi, ac in Satakundia judicis Territorialis Celeberrimi, Filia Dilectissima;

S P O N S A

*Quæ Aboæ Divina Annuente gratia, 27. Novemb. Anni Curr. 1653, Solemni pompa & ritibus Ecclesie decentib. Celebrabatur;*

*Ab Amicis & Patriotis in felix Omen fufum.*

7  
5  
G A B O A.

Excusa Typis Acad. apud Viduam Petri Waldj. 1653



in  
gij  
n



**C** Artzi, Pieria decus haud vulgare Caterua,  
Et Themidos non vile jubar, cum federe Clari  
Nunc ineas generosatori, quis Carmina Phœbus,  
Quæ mihi pro meritis dicent Encomia Musæ?  
Numq̄ tibi, veneriq̄ tuæ vel Mantua vatem,  
Vix dederit dignum. Veteris sed pauca sodalis  
Excipe vota tui, leviori fusa Camenâ,  
Ast animo, qualem puto te novisse, vel ante,  
Quam Themis & gratus tibiserta dedisset Apollo,  
Ac ferè ad invidiam teneri evixisset Amoris,  
Qui tua dum facibus non pervia pectora sentit,  
Atq̄ tuam non fert sua spernere tela Dianam.  
Aurea lecta duo studio, graviore sagittat,  
Et ferit: Exardent in mutua vulnera Sponsi,  
Perpulchrâ virtute pares; Hac sanguine major,  
Hic studijs Heliconis ovans sic pelea Nymphæ  
Sic venerem Marti Docti junxere Poëta,  
Quid moror? Insigni splendescat flore rosetum;  
Affluat & largis felix Pandora quadrigis,  
Bachmanni Ecce valedicens ita vena volebat  
Quem licet Externa, revocetur ad oppida terra,  
Corde pio foveas, rogat, optatoq̄ favore!

Hæc Pauca subjecit

IOHANNES Bachmannus.

Astri.

Joy



Volvisti Herculeo ingenio magnoq; labore;  
 Hinc tua Castalides Cingebant tempora lauru  
 Abogiæ; Abogiæ nubit tibi Sponsa Pudica,  
 Nunc cū qua scandis thalami comitante caterva  
 Pulpita; Sic Nympham ducens virtute coruscant  
 Divitijs multis comitatur gloria dignum,  
 Te mercede virum ob tot conamina Musæ,  
 Vivite felices Neonymphi, vivite belle.  
 Ut tandem thalami captetis gaudia mille.

*Hisce Nupt. Fest. Sponsis gratulabatur*

Joannes Olai Garlenius.



**N**obilem jungis tibi clare Doctor.  
 Virginem castam lepidamq; nympham,  
 Dotibus formæ exsuperantem & amplam in  
 Fœdus amoris;  
 Præditam cunctis decoratam & æquis  
 Inclutus virtutibus atq; splendens.  
 Gratiam semper voveo ligare,  
 Pectora vestra.

*Ita promotori & fautori suo omni honoris  
cultu prosequendo gratulatur.*

Nicolaus Canuti Norelius.  
 Westmanniæ, Svec. Gartzii



**G** Artzi, fastidica Themidos devote Satelles,  
Et Magnum Patrij, delictumq; soli,  
Queis tua condecorem connubia splendida verbis?  
Quis fluat in venas dignus Apollo meas?  
Ipse Helicon florens, Parnassus & ipse bicornis,  
Accinit ad Claros Carmina festa toros,  
Nostra humilis Clio tibi prospera quaq; precatur:  
Vivite felices, atq; vigete diu!

Debitæ observantiæ Ergò lubens  
Apposuit.

A BRAHAMUS O. Pirander.



**C**asta Deus mens est. & casta mente colendus.  
Ac Casti Thalami primus fundator & Author.  
Qui Protoplasto Casto Castam dedit Evam.  
Jussit amore frui Casto, Castè Deus ambos.  
Solus amat castos Christus castissimus ipse:  
Pollutas verò mentes, molles monachosq;  
Punit, adulterium plecit scortumque cohortes.  
Exemplo est primus mundus submersus in undis.  
Et Sodoma atq; Gomorra simulq; Sulphure adusta.  
Sic Helenæ raptus Troiam deleverat urbem.  
Vi superata fugat. Roma Lucretia Reges.

Ob

Ob Scelus cecidit quoq; Sparta vetusta.  
 Plura quidem historicis extant monumenta libellis.  
 Quæ tibi nota Satis sunt mi Clarissime fauthor.  
 Felix es multum Gartzii Clarissime Sponse,  
 Dum Thalamum ingrederis Castum cum Virgine castâ  
 Quam meruit virtus, post tædia millelaborum,  
 Quæ tibi sola placet soli CHRISTINA venusta.  
 Ambo ætate pares, fortuna & dotibus amplis.  
 Fata pares Sociant: Sunthæc fatalia jura,  
 Vivite felices pariter pariliq; Senectâ  
 Gaudeat hic Thalamus vester, pia germina Crescant.

*Apposuit*

*Nicolaus Andrea Lindsbergius.*



*C*andida pieridum soboles, queis Spirat Apollo,  
 Decenter alacri Gartzio Complodite,  
 Dum subit, atq; piæ meditatur vincula tædæ,  
 Optata veneris tela sentiens toro:  
 Sat meruit laudes, totumq; Heliconæ Canentem,  
 Vel Gartzium, vel Sponsa multum Nobilis,  
 Ille quidem dignus Themidos phæbiq; Sacerdos  
 Hæc arte Pallas, ore juno, vel venus

Alma

Alme Pater, benedic captis, tuus instat alumnus,  
Lauru merentem quem bearas duplici,  
Eiã age doctiloquos ad Carmina lætus Ephabos  
Quos Educas, facundus neclare suavi,  
Abrumpo Calamum paucis quia multa coarcto,  
FLORETE Neonymphi AMBO vivite bene.

Cum sum Hæc pauca subscripsi

Johannes Matthiæ Piscator

68299

CONjugij primus Dominus fabricator & Author,  
Conjugium hoc felix esse velit parile,  
GARTZius ut vivat doctrina Sponsus acutus,  
Consilioq; gravis quo suus hic Thalamus  
Quem ingreditur pompa rutilus sub sydere faustus  
Floreat; Hic Doctor, floreat arte pia,  
Vigeat CHRiStina pudica simul prænobilis illa,  
Sponsa, En, GARTJ quam tener urit amor.  
Affluat ambobus largis fortuna quadrigis  
Connectat Nymphos alma probos pietas.

Non ut debuit, sed ut potuit Neonymphis  
gratificari L.

Georgius Petri Sceperus,